



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

*cundia, crux imprimitur, ut talis  
Christum confiteri nullatenus ve-  
reatur. Vnde scriptum est: Qui me  
erubuerit & meos sermones, huius  
filius hominis erubescet.*

Luc. 9.

Matt. 10.

Marc. 8.

2. Tim. 2.

## CAP. XXXIII.

Ad quid  
valeant  
Chrisma  
& qui  
hoc oleo  
sancto  
consecrē  
tur fusi<sup>9</sup>  
explicat.

**H**OC igitur oleo sancto, quod  
Chrisma nominatur, confir-  
mandus consecratur, in qua confir-  
matione datur Spiritus sanctus ad  
robur. Et cum ceteras unctiones  
simplex Sacerdos valeat exhibe-  
re, hanc tamen non nisi summus  
Sacerdos, id est, Episcopus debet  
conferre: quia de solis Apostolis  
legitur, quorum vicarij sunt Epi-  
scopi, quod per manuum imposi-  
tionem Spiritum sanctum dabant.  
Sicut legitur in Actibus Apo-  
stolorum: Cum audissent Apo-  
stoli, &c. Hoc igitur formam  
vnam habuit tempore Apostolo-  
rum

Act. 8.

rum per manus impositionem, sed postmodum secundum constitutum Ecclesie per verborum expressionem. Hec autem sunt verba quae profert Episcopus: Confirmo te signo crucis & Chrismate salutis, in nomine Patris, &c. Signo enim crucis dicitur, ut ex ignominia crucis non confundatur confiteri humanitatem. Distinguuntur enim nomina personarum, ut confiteatur trium personarum diuinitatem. Ut autem innotescat eius status suus & Sacramenti effectus dicitur, Chrismate salutis, in hoc perpendens se locum tenere pugilis. DEVS autem per potentiam suam hunc pugilem roborat, per sapientiam illuminat, & per bonitatem remunerat. Sic enim pugiles inunguntur ut congregiantur: & sic pugil noster luctans contra vitia & Demones suam impedi-

pedientia Deificationem certando  
superans Christi vestigijs conforme  
tur, & per hoc salutem cōsequitur.

Istius autem consecrationis soli, sic  
ut dictum est, Episcopi sunt mini-  
stri: tamen quia soli Apostoli hoc  
Sacramentum instituerunt & ex-  
ercuerunt, sicut habetur ex duobus

**Act. 19.** locis in Actibus Apostolorum, ex  
illo, ubi dicitur: Factum est cum  
Apollo esset Corinthi, &c. & sequi-  
tur: Cum audissent in nomine Do-  
mini Iesu, & cum imposuisset illis  
manus Paulus, venit Spiritus san-  
ctus super istos, & loquebantur lin-

**Act. 8.** guis, & prophetabant. Et in alio lo-  
co, &c. Cum audissent Apostoli,  
quia recepit Samaria verbū Dei,  
miserunt ad eos Petrum & Ioan-

**Ibidem.** nem, &c. & sequitur: Imponebant  
manus super illos, & accipiebant  
Spiritum sanctum. Similiter ad so-  
los Episcopos pertinebat hoc Sacra-

men-

mentum. Nam loquentes usuali-  
 ter subditi possunt aliquid promit-  
 tere, sed maiorum est illud confir-  
 mare: sic initiari potest Neophytus  
 & Catechizari ad fidei rudimen-  
 ta per Clericos, baptizari per sim-  
 plices Sacerdotes, confirmari per  
 Episcopos solos, qui successerunt in  
 Ecclesia loco Apostolorum, sicut  
 saepe dictum est. Unde & haec om-  
 nia confirmat dictum Innocentij di-  
 centis, non ab alio quam ab Episco-  
 po fieri licere. Nam Presbyteri li-  
 cet sint Sacerdotes, Pontificatus ta-  
 men apicem non habent: hoc autem  
 solis Pontificibus debetur, vel ut cō-  
 signent, vel per habitum sanctum  
 tradant. quod non solum Ecclesiasti-  
 ca consuetudo demonstrat, verum  
 etiam ista lectio Actuum Aposto- **Act. 19.**  
 lorum, quae asserit Petrum & Ioan-  
 nem esse directos, qui iam bap-  
 tizatis traderent Spiritum sanctum.

Nam

158 DE OFF. EPISC.

Nam Presbyteri siue extra Episcopum, siue presente Episcopo cum baptizant, Chrismate baptizatos ungerere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex oleo eodem signare, quod solum debetur Episcopis cum tradunt Spiritum sanctum.

CAP. XXXVIII.

Describit  
mysterium  
sex ablu-  
tionum,  
quæ hoc  
die sol-  
lemniter  
celebra-  
bantur.

Ioan. 13.

Sunt et alia multa insignia quæ celebrantur eodem die. Est enim illa dies una de precipuis sollempnitatibus anni, et, ut de cæteris sileamus, de sex ablutioibus quæ eodem die sollempnizant ecclesia, quæ consistunt in tribus: in aqua, in lachrymis et in sanguine. In aqua dupliciter, aut materiali, quod fit in ablutio-  
ne pedum, prout in Evangelio Ioannis dicitur, quod illa die misit Iesus aquam in pelvum, et lauit pedes discipulorum.

disci-